Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij Quid si ex negligentia nihil in calice positum fuerit

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Visual Library

tur prius extrahat partem hoſtie miſſam in calicem. ⁊ repo-
nat ſup patenam. ⁊ faciat cū liquore vt prius Imponatqꝫ vi-
num cum aqua. ⁊ ꝯſecret ſanguinē reincipiendo vt ſupra. Et
vbi facienda ſunt ſigna ſuper calicem cum hoſtia anteqꝫ dicit̄
et etiā dr cū dr Pax dn̄i ⁊c. faciat ſigna illa abſqꝫ hoſtia ſup ca-
licem. In ceteris procedat more ſolito. tandem ſumat partem
hoſtie humectatā ⁊ poſtea ſanguinē ⁊ miſſam ꝑficiat vt con-
ſuetum eſt. Sed ſi liquorē illum ſumere inceperit ⁊ adhuc in
ore teneat vel partim deglutierit. dūmodo pars hoſtie in calice
remanſerit emittat diſcrete ex ore in aliud vas. ⁊ extrahat par-
tem hoſtie. ⁊ agat cum liquore ⁊ ceteris vt in caſu precedenti.
Si aūt etiam partem hoſtie in os ſuſceperit. non tamē adhuc
tranſglutierit. diſcrete ⁊ caute totum emittat ex ore in calicem
deinde extrahat partē hoſtie vel ꝑticulas eius. ſi in particu-
las reſoluta fuerit. ⁊ faciat in ceteris vt ſupra. Si vero partem
hoſtie cū liquore ſumpſerit. tunc niſi graue ſcandalū timeatur
apponēda eſt alia hoſtia ꝯſecranda. ⁊ calix cum vino ⁊ pane p̄-
parandus. ⁊ reincipiendū eſt a canone. ⁊ vtrūqꝫ ꝯſecrandum
atqꝫ ſumēdum. ſed ſi graue ſcandalum timeatur ex appoſitio-
ne noue hoſtie. tunc p̄paretur calix cum vino ⁊ aqua ⁊ incipiat̄
ab illo loco ſimili modo. ⁊ ꝯcludatur cum iſtis verbis (hec quo-
tienſcunqꝫ feceritis in mei memoriā facietis) ⁊ ſtatim ſanguis
ſic ꝯſecratus ſumatur. Nec obſtat in iſtis caſibꝫ ſolutio ieiunij
quia p̄ceptum de ꝑfectione ſacramēti maius eſt qꝫ p̄ceptū de
ieiunio. vt ſupra dictum eſt. In omnibꝫ etiam dictis caſibꝫ cū
tali cautela ⁊ diſcretione agendum eſt. vt quātum fieri poterit
ſcandalum euitetur. Unde neqꝫ hoſtia neqꝫ calix iterato eleua-
ri debet ſi prius facta fuerit eleuatio.

iij Quid agendum ſi impoſitum ſit vinum corruptum.

Solō. Quia vinum corruptum ſpeciem vini atqꝫ ſubſtantiam ami-
ſit ſicut mutatio accidētiū demonſtrat. ideo nō eſt conſecrabi-
le. Cum ergo ꝑcipitur eſſe corruptum aliquo modorū expreſſo-
rum in p̄cedenti dubio agatur tunc vt ibidem expoſitum eſt.

Dubiū iiij Quid agendum ſi vinum non ſit impoſitum calici. neqꝫ aliqs
alius liquor ſed dimiſſus ſit vacuus.

Solō. Quā cito ꝑcipitur imponendū eſt vinum aqua mixtum ⁊ vl-
terius procedat. Si aūt vinum haberi non poſſit ⁊ fuerit ante
cōſecratōnem panis. tunc miſſa deſeratur imperfecta. Si ve-
ro ꝯſecratio panis facta ſit procedatur in miſſa. vt circa ſecun-
dum dubium huius articuli clarius expoſitum eſt

v Quid agendum ſi vinum ſit diſpoſitum ad corruptōem. non
tamē corruptū eſt. vt ſi aceſcat vel ſi ſit pendulū aut fetidū vel
immundū. aut alium conſimilem habens defectum

Solō. Si ꝑcipiatur an̄ ꝯſecratōem calicis. remoueatur ⁊ apponat̄ vi-
num aptum ſi haberi poſſit. Si aūt haberi nō poſſit. vel ſi per-
cipiatur poſt conſecratōem procedatur ⁊ perficiatur officium.